



duplo carior est, quia idem et ephemeridis nostrae est dies natalis.

Lectores et inde<sup>28</sup> abhinc<sup>28</sup> intelligent nos fidem<sup>29</sup> propositis<sup>11</sup> nostris servaturos,<sup>29</sup> quam et nobis petere non desistimus.<sup>30</sup>


Quibus verbis omnibus nostris lectoribus amicisque omnia fausta<sup>31</sup> precamur his festis sollemnibus, quibus volat verbum: Gloria in excelsis<sup>32</sup> Deo, et in terra pax hominibus bonae<sup>33</sup> voluntatis!<sup>33</sup>

<sup>28</sup> ezentúl <sup>29</sup> hű marad <sup>30</sup> felhagy <sup>31</sup> szerencsés <sup>32</sup> magas <sup>33</sup> jóakaró.

## De Pompeis. VII.


Operae pretium<sup>1</sup> erit in domum Vettiorum reverti, ut sculpturas<sup>2</sup> cognoscamus, quae hortulo continentur. In quattuor angulis,<sup>3</sup> item iuxta secundam tertiamque columnam, quae sunt in latitudine et iuxta columnam quartam et quintam, quae sunt in longitudine, ergo omni numero<sup>4</sup> duodecim olim statuae erant, e quibus in re praesenti<sup>5</sup> novem supersunt; duae reficiendae<sup>6</sup> in alias partes

domūs portabantur. Universae hae statuae, e quibus duae aëneae, reliquae marmoreae, in usu hydraulicarum machinarum<sup>7</sup> erant: aqua vel aperte<sup>8</sup> e statuīs effluebat vel fistulae<sup>9</sup> aquae ductūs ita statuīs admove-



bantur, ut aqua ex his effluxisse videretur. Inter statuas multa labra<sup>10</sup> marmorea collocata sunt, quae formis decoris ornamentisque pulchris iucundum praebent aspectum.

<sup>1</sup> érdemes <sup>2</sup> faragvány <sup>3</sup> sarok <sup>4</sup> összesen <sup>5</sup> a régi állapotban <sup>6</sup> javításra <sup>7</sup> vízművek gyanánt szolgáltak <sup>8</sup> nyíltan <sup>9</sup> cső <sup>10</sup> medence.



## De arbore Christi.



Dies Natalis Christi<sup>1</sup> a plurimis hominibus laetissime celebratur dulcisque spes est liberorum, qui impatienter<sup>2</sup> arborem sanctam, muneribus<sup>3</sup> abundantem<sup>4</sup> expectant.

Puto fore plerosque, quorum intersit<sup>5</sup> originem arboris ponendae cognoscere. Quod memoriae traditum est, cum lectoribus nostris communicare<sup>6</sup> volo.

Origo rei iucundissimae obscura<sup>7</sup> est, imo fabulosa. Fabula enim Victoris Scheffel, Germanorum poetae arborem a vago<sup>8</sup> quodam equite derivat,<sup>9</sup> qui figuram «arboris nataliciae» sideribus<sup>10</sup> coalescentem<sup>11</sup> in nemore<sup>12</sup> quodam vidisse fertur.

Nonnulli hanc consuetudinem ex more Gallico aevi medii repetunt,<sup>13</sup> ex quo Galli ad gaudium de adventu hospitis explicandum<sup>14</sup> arbores luminibus ornarint.

Alia cogitatio<sup>15</sup> pinum,<sup>16</sup> luminibus fulgentem symbolum<sup>17</sup> esse tradit infantuli Iesu recens nati,<sup>18</sup> qui lux appellatur mundi; quidam hac arbore significari<sup>14</sup> volunt paradisi arborem, quae causa fuerit lapsus<sup>19</sup> protoparentum<sup>20</sup> nostrorum, ad quod damnatum<sup>21</sup> reparandum Christus in mundum

<sup>1</sup> karácsony <sup>2</sup> türelmetlenül <sup>3</sup> ajándék <sup>4</sup> bővelkedik <sup>5</sup> érdekel <sup>6</sup> közül <sup>7</sup> homályos <sup>8</sup> kóbor <sup>9</sup> származtat <sup>10</sup> csillag <sup>11</sup> összenő <sup>12</sup> liget <sup>13</sup> származtat <sup>14</sup> kifejez <sup>15</sup> vélemény <sup>16</sup> fenyő <sup>17</sup> jelkép <sup>18</sup> újszülött <sup>19</sup> bukás <sup>20</sup> őszülő <sup>21</sup> veszteség

Ductus aquae ipse, exceptis<sup>11</sup> levibus<sup>11</sup> damnis,<sup>11</sup> in optima conditione repertus est, ita ut labris in tecto positis machina hydraulica<sup>7</sup> renovari potuerit.

Mensis<sup>12</sup> marmoreis, quae intra horti alveolos<sup>13</sup> refectos columnasque collocatae sunt ac duabus columnis marmoreis efficitur, ut peristylum domus Vettiorum unus omnium pulcherrimorum Pompeis locorum habetur.



Domos Pompeiorum visitantes multa invenimus, de quibus tam saepe, tam multum legimus.

Non raro occurrit illud HAVE vel AVE; in regionis sextae insulā octavā, in ostio domus, quae dicitur Poetae Tragici, opere intestino<sup>14</sup> illud CAVE CANEM conspicitur.

Iuxta ostium est Lararium. Duabus columnis Corinthiis nititur<sup>15</sup> fastigium,<sup>16</sup> quod

venerit. Multa alia afferri possunt, quae tamen fide historica carent.<sup>22</sup>

Primus nuntius Argentorati<sup>23</sup> exstat, ubi verba fiunt de arbore natalicia, quae in domo erectā, taeniis<sup>24</sup> versicoloribus,<sup>25</sup> bellariis<sup>26</sup> luminibusque ornatur. Haec documenta, circa MDC conscripta, civibus Argentorantensibus vindicant<sup>27</sup> originem arboris Christi, unde hic usus, pueris et adultis aequae<sup>28</sup> gratus per orbem terrarum pervulgatus<sup>29</sup> est.

Multa poetarum carmina summo gaudio de hac arbore agunt.<sup>30</sup> Viri provectae<sup>31</sup> aetatis inter filios et nepotes recordantur<sup>32</sup> carminum, quae unquam ipsi in honorem arboris Christi recitarint. Nos vero cum parentibus, fratribus et sororibus laeti circumstamus arborem Christi, imaginem gaudii, imaginem amoris.

Fr. Turkovitsch.

<sup>22</sup> hián van <sup>23</sup> Strassbourg <sup>24</sup> szalag <sup>25</sup> tarka  
<sup>26</sup> édesség <sup>27</sup> tulajdonít <sup>28</sup> egyaránt <sup>29</sup> elterjed  
<sup>30</sup> szól <sup>31</sup> haladott <sup>32</sup> emlékszik.

apparatibus sacris<sup>17</sup> ornatur. In medio sacello<sup>18</sup> videmus genium, pateram<sup>19</sup> et turibulum<sup>20</sup> manu tenentem; a dextrā et sinistrā



Laribus circumdatur, qui alterā manū hamum,<sup>21</sup> alterā cornu<sup>22</sup> tenent. Infra<sup>23</sup> notabilis est anguis,<sup>24</sup> qui multis orbibus<sup>25</sup> ad aram, donis refertam properat.

<sup>11</sup> csekély hibákat nem számítva <sup>12</sup> mensa, ae <sup>13</sup> virág-  
ágy <sup>14</sup> berakott munka <sup>15</sup> támaszkodik, áll <sup>16</sup> tető  
<sup>17</sup> áldozati szerek <sup>18</sup> szentély <sup>19</sup> csésze <sup>20</sup> tömjén-  
tartó <sup>21</sup> veder <sup>22</sup> ivószaru <sup>23</sup> alatt <sup>24</sup> kígyó <sup>25</sup> gyűrű.

## Operarius<sup>1</sup> et dominus.

(E narratione Edmundi de Amicis.)

Carolus superbit,<sup>2</sup> quia pater eius dominus dives est, altā staturā,<sup>3</sup> barbā<sup>4</sup> nigrā et valde severus. Aliquando, Carolus mane<sup>5</sup> rixabatur<sup>6</sup> cum Andrea, puero parvulo, cuius pater operarius est pauper. Dum rixantur, Carolus inclamat Andream:

— Pater tuus homo pannosus<sup>7</sup> est!

Andreas erubuit,<sup>8</sup> nihil dixit, sed domi lacrimans patri suo audita enarravit. Et operarius in scholam venit, filiolum manu ducens et querebatur<sup>9</sup> magistro de verbis Caroli.

<sup>1</sup> munkás <sup>2</sup> büszkélkedik <sup>3</sup> termet <sup>4</sup> szakáll  
<sup>5</sup> reggel <sup>6</sup> veszekedik <sup>7</sup> rongyos <sup>8</sup> elpirul <sup>9</sup> pa-  
naszkodik.

Pater Caroli, qui filium suum in scholam comitabatur,<sup>10</sup> nomine suo audito intravit in classem, ut explicationem<sup>11</sup> rei rogaret.  
— Hic operarius — respondit magister —



querebatur, quod filius tuus filio suo dixisset: «Pater tuus homo miser et pannosus est».

Pater Caroli nunc ira conflamatus<sup>12</sup> rogavit eum:

— Dixisti-ne hoc?

Filius summisso<sup>13</sup> capite stetit in media classe adversus<sup>14</sup> Andream et nihil respondit.

Nunc pater ad Carolum:

— Roga eum, ut tibi ignoscat!<sup>15</sup>

Operarius ad patrem Caroli conversus:<sup>16</sup>

— Noli eum — inquit — violare.<sup>17</sup>

Sed dominus neglectis<sup>18</sup> operarii verbis iteravit<sup>19</sup> filio:

— Implora<sup>20</sup> veniam eius, repete verba mea: «Ignoscas mihi verba mea, quibus in patrem tuum usus sum, cuius dextram prensare<sup>21</sup> pater meus honori sibi ducit».<sup>22</sup>

Operarius abnuvit<sup>23</sup> manu, quasi dicat: Hoc noluerim.

Carolus interea lente,<sup>24</sup> timida voce iteravit verba patris, qui dextram porrexit<sup>25</sup> operario, qui eā acceptā dixit:

— Rogo te magister, iubeas pueros alterum alteri assidere.<sup>26</sup>

Andreas nunc Carolo assedit et dominus valedicens<sup>27</sup> abiit.


Operarius in cogitationibus defixus<sup>28</sup> constitit, spectabat duos pueros, et propinquavit ad scamnum,<sup>29</sup> Carolo aliquid dicturus. Sed nihil dixit, nisi manum protendit,<sup>30</sup> ut Carolum mulceret;<sup>31</sup> at non audebat,<sup>32</sup> vix tetigit magnis digitis<sup>33</sup> frontem pueri, postea constitit iuxta ianuam, iterum respiciens discessit.

— Recordamini<sup>34</sup> semper discipuli, quod nunc vidistis — inquit magister — pulcherrimae huius anni hae scholae<sup>35</sup> erant.

Zalaegerszeg.

Stephanus Trájber.

10 kísér 11 magarázat 12 haragra lobban 13 le-  
horgasztott 14 -val, -vel szemben 15 megbocsát  
16 fordulva 17 megbánt 18 figyelmen kívül hagy  
19 ismétél 20 kér 21 megszorít 22 honori ducit sze-  
rensének tartja 23 leint 24 lassan 25 porrigo nyujt  
26 melléje ül 27 búcsuzik 28 gondolatokba mélyed  
29 pad 30 kinyujt 31 simogat 32 merészel 33 újj  
34 emlékezik 35 scholae, -arum óra.



**LECTORIBUS MINIMIS.**

## Reditus Ulyssis. VI.

Patria Ulyssis erat, ut dixi, Ithaca, parva insula. In hac insula Ulysses uxorem suam Penelopam reliquerat,<sup>1</sup> cum ipse in bellum Troianum proficisceretur. Iam viginti annos aberat. Itaque omnes homines putabant eum mortuum nec unquam<sup>2</sup> rediturum esse.

Regina autem Penelopa erat dives et pulchra. Itaque multi viri nobiles venerunt ad eam et postulaverunt,<sup>3</sup> ut uni ex iis nuberet.<sup>4</sup> Sed illa semper maritum<sup>5</sup> ex-

1 relinquo hagy 2 nec unquam = et nunquam  
3 követel 4 férjhez megy (kihez? dativus) 5 férj

spectans negavit<sup>6</sup> se id facturam esse. Cum regina nollet facere, quod proci<sup>7</sup> postulaverant, hi eam cogere<sup>8</sup> decreverunt.<sup>9</sup>

Itaque dixerunt Penelopae: «Si nulli nostrum nubere vis,<sup>10</sup> manebimus in domo tua et tuis cibis vescemur<sup>11</sup> et tuum vinum bibemus». Atque sicut<sup>12</sup> dixerant, ita fecerunt.

Manserunt in domo Ulyssis et opibus<sup>13</sup>



reginae usi<sup>14</sup> sunt, quasi suis. Iam mane<sup>15</sup> aderant,<sup>16</sup> a pastoribus boves, sues<sup>17</sup> et capras, ab ancillis<sup>18</sup> panem, a servis vinum postulabant. Sic divitiae domus regiae perdebantur.<sup>19</sup>


Cum haec ita essent,<sup>20</sup> Penelopa consilium prudentissimum cepit.<sup>21</sup> Dixit enim proci: «O proci, vestem pulchram texere<sup>22</sup> incepti.<sup>23</sup> Permittite,<sup>24</sup> ut hanc perficiam.<sup>25</sup> Si hoc feceritis, nubam alicui vestrum, cum primum<sup>26</sup> vestis perfecta erit». Proci gavisi sunt<sup>27</sup> et permiserunt illi, ut vestem perficeret. Penelopa autem interdiu<sup>28</sup> diligenter texuit, noctu vero omnia, quae interdiu texerat, solvit.<sup>29</sup> Sic vestis nunquam perficiebatur atque Penelopa diu a minis<sup>30</sup> procorum libera erat.

Interim Telemachus, filius Ulyssis et Penelopae, navem conscenderat,<sup>31</sup> ut patrem quaereret. Profectus est ad ceteros duces Graecorum, qui iam diu Troiā redierant. Hos interrogavit, quid de patre suo scirent. Sed cum<sup>32</sup> nihil audiisset, tristis in Ithacam rediit. Hoc fere eodem tempore factum est, quo Ulysses in patriam venerat.

## Verba publica.

Mihi neque res,<sup>13</sup> neque spes. — Miles gloriosus.<sup>33</sup> — Mirabile dictu.<sup>34</sup> — Misera contribuens<sup>35</sup> plebs. — Miserere.<sup>36</sup> — Mobilium<sup>37</sup> turba<sup>38</sup> Quiritium.<sup>39</sup> — Modus vendi.<sup>40</sup> — Monumentum aere<sup>41</sup> perennius.<sup>42</sup> — Montes auri pollicetur.<sup>43</sup> — Morituri<sup>44</sup> te salutant. — Mors et fugacem<sup>45</sup> persequitur<sup>46</sup> virum. — Multa licent<sup>47</sup> stultis pictoribus atque poetis. — Multa tulit fecitque puer<sup>48</sup> sudavit<sup>49</sup> et alsit.<sup>50</sup> — Multis ille bonis flebilis<sup>51</sup> occidit.<sup>52</sup> — Multum, non multa.<sup>53</sup> — Mundus<sup>54</sup> vult decipi,<sup>55</sup> ergo decipiatur. — Nam et ipsa scientia potestas est. — Nam tua res agitur,<sup>56</sup> paries<sup>57</sup> cum<sup>58</sup> proximus ardet.<sup>59</sup> — Naturam expellas<sup>60</sup> furcā,<sup>61</sup> tamen usque<sup>62</sup> recurret.<sup>63</sup>

<sup>6</sup> negavit esse = dixit non esse <sup>7</sup> procius kérő <sup>8</sup> cogo kényszerít <sup>9</sup> decerno, cre elhatároz <sup>10</sup> volo <sup>11</sup> táplálkozok <sup>12</sup> miként <sup>13</sup> opes vagyon <sup>14</sup> utor él vele, fölhasznál valamit <sup>15</sup> reggel <sup>16</sup> megjelent <sup>17</sup> sus disznó <sup>18</sup> ancilla cseléd <sup>19</sup> pusztít <sup>20</sup> midőn ez így volt = ily körülmények között <sup>21</sup> consilium capio elhatározásra kel <sup>22</sup> texo, texere, teavi, tealum szó <sup>23</sup> incipio kezd <sup>24</sup> megenged <sup>25</sup> befejez <sup>26</sup> mihelyt <sup>27</sup> gaudeo örül <sup>28</sup> nappal <sup>29</sup> felbont <sup>30</sup> minae, -arum fenyegetés <sup>31</sup> meg-, felszál <sup>32</sup> miután <sup>33</sup> hencegő («Háry János») <sup>34</sup> kimondani is csoda <sup>35</sup> adózik <sup>36</sup> irgalmazz <sup>37</sup> ingatag <sup>38</sup> tömeg <sup>39</sup> Quirites polgárok <sup>40</sup> megegyezésre mód <sup>41</sup> érenél <sup>42</sup> perennis, -e maradandó <sup>43</sup> ígér <sup>44</sup> halálra kész <sup>45</sup> fugax menekülő <sup>46</sup> utólér <sup>47</sup> szabad <sup>48</sup> fiúkorában <sup>49</sup> izzad <sup>50</sup> algeo fázik <sup>51</sup> siralmas, «fájdalmára» <sup>52</sup> occido elesik, meghal <sup>53</sup> sokfélét <sup>54</sup> világ <sup>55</sup> rászéd <sup>56</sup> res agitur a dolog kockán forog <sup>57</sup> fal <sup>58</sup> midőn <sup>59</sup> ég <sup>60</sup> habár kiüzöd <sup>61</sup> bottal <sup>62</sup> egyre <sup>63</sup> visszazalad.



Certamen natandi positum est in natione<sup>1</sup> Rudas inter discipulos scholarum mediarum,<sup>2</sup> quae dicuntur. Novem missus<sup>3</sup> habebantur. Primi missus victores evaserunt: Petrovits (schola realium II. regionis), secundus Erdős (schola r. VI. regio-

1 úszócsarnok 2 középiskola 3 menet

nis) et Benedek (gymn. III. reg.). *Secundi* victores erant: Friss (sch. Röseriana), Földváry (gymn. ad Viam Stephani), Reményi (acad. mercatoria<sup>4</sup>). In *tertio* missu vicerunt: Szöke (gymn. VIII. reg.), Kovács (gymn. VII. r.), Koltay (sch. mercat. VI. reg.), Erdős (sch. r. VI. reg.). *Quarti* missus victoriam consecuti sunt: Fodor (sch. merc. VI. reg.), Henk (gymn. III. r.). In *quinto* missu (principali) victoria potiti sunt: Kronberg (sch. merc. IX. reg.), Kuncze (gymn. III. reg.). *Sexti* missus victores exstiterunt iuncti discipuli gymnasii VII. reg. et sch. merc. VI. reg. In *septimo* missu victor abiit Wenk, in *octavo* Wenk et Weiler (sch. merc. VI. reg.). In *ultimo* missu scholae mercatoriae VI. regiones discipuli: Weiler, Unger, Kiss, Koltay.

**De certamine**, quod de<sup>5</sup> principatu<sup>5</sup> per Hungariam in oneribus<sup>5</sup> attollendis<sup>f</sup> futurum erat, in insula Csepel rite positum est. Ad certamen sodales<sup>6</sup> tanto numero conveniunt, ut usque ad vesperum certandum fuerit. Principatum in oneribus attollendis obtinuit Paulus Pető, qui brachio dextero octoginta, sinistro septuaginta quinque, ambobus brachiis 120 chiliogrammata sustulit. Secundum obtinuit locum Hován, tertium Wellisch, quartum Odry.

**Aeniponte**<sup>7</sup> uno die circa quadraginta homines gymnics hibernis<sup>8</sup> oppressi esse nuntiantur; de traheis<sup>9</sup> parvis, quae regi<sup>10</sup> possunt, quinque discipuli delapsi graviter vulnerabantur.

<sup>4</sup> kereskedelmi <sup>5</sup> a súlyemelés bajnoksága <sup>6</sup> tagok  
<sup>7</sup> Innsbruck <sup>8</sup> téli sport <sup>9</sup> szán <sup>10</sup> kormányoz.

## Colloquium duorum montium.

Ad dextram laevamque horizontis<sup>1</sup> duo immanis magnitudinis montes: Virgo<sup>2</sup> et Caliginosus<sup>3</sup> prominent.

Atque Virgo alloquitur vicinum: «Habesne aliquid novi mecum communicandum? Tu enim clarius magisque perspicue<sup>5</sup> omnia, quae infra, ad infimas montis radices fiunt, cernere<sup>6</sup> potes».

Millibus annorum — momentum temporis<sup>7</sup> — effluxis inter continuos caeli fragoris<sup>8</sup>

res<sup>8</sup> respondet Caliginosus: «Densis nubibus obscuratur<sup>9</sup> nunc terra... Exspecta paulisper!»

Iterum millibus annorum — momentum



temporis — effluxis: «Nunc autem quid dicis?» interrogat Virgo.

«Nunc omnia oculis cerno et video, sed nulla ex parte<sup>10</sup> ea, quae infra sunt, commutata esse arbitror. Quocumque<sup>11</sup> specto, aquas caeruleas,<sup>12</sup> silvas umbrosas atque ingentes, glaucas<sup>13</sup> lapidum moles<sup>14</sup> scarabaeosque<sup>15</sup> parvos in terris ubique intueor,<sup>6</sup> quibus omnia loca etiamnunc referta<sup>16</sup> sunt. Novistine<sup>17</sup> illos bipedes, qui usque ad hunc diem culmina nostra inquinare<sup>18</sup> nequiverunt?»

«Suntne illi homines?»

«Sane,<sup>19</sup> homines.»

Millia annorum effluunt — momentum temporis.

«Nunc vero quomodo se omnia habent?»<sup>20</sup> interrogat Virgo.

<sup>1</sup> szemhatár <sup>2</sup> Jungfrau (svájci hegy) <sup>3</sup> Finsteraarhorn csúcs neve helyett <sup>4</sup> közel <sup>5</sup> világosan  
<sup>6</sup> lát <sup>7</sup> pillanat <sup>8</sup> folytonos dörgés <sup>9</sup> elsötétít <sup>10</sup> semmi tekintetben <sup>11</sup> bárhova <sup>12</sup> kék <sup>13</sup> tündöklő <sup>14</sup> fénylő kőtömegek <sup>15</sup> hogár <sup>16</sup> tele <sup>17</sup> = novistine <sup>18</sup> beszélt <sup>19</sup> valóban <sup>20</sup> hogy van?

«Scarabaei illi, aliqua ex parte<sup>10</sup> deminuti<sup>21</sup> esse videntur» tonat<sup>22</sup> Caliginosus; «loca, quae infra cerni possunt, clariora planioraque<sup>23</sup> video. Aquae iam contractae,<sup>24</sup> silvae autem collucatae<sup>25</sup> sunt.»

Rursus millibus annorum — momentum temporis — effluxis interrogat Virgo: «Nunc quae vides?» «Circa nos, vicina loca omnia plane<sup>26</sup> clara<sup>26</sup> facta esse videntur», respondet Caliginosus; «tantummodo in regionibus abhinc remotioribus<sup>27</sup> loca nonnulla oculis cerno, ubi in vallibus etiam nunc scarabaei isti tumultuantur.»<sup>28</sup>

«Nunc vero?» interrogat Virgo millibus annorum — momentum temporis — iterum effluxis.

«Nunc omnia prorsus recte se habent»<sup>29</sup> respondet Caliginosus. «Quaecunque loca oculis lustro,<sup>30</sup> plane alba, clara atque nive obruta et glacie astricta<sup>31</sup> sunt... Nunc omnia loca tacent silentque.»

«Optime», respondet Virgo, «sed iam sat superque<sup>32</sup> fabulabamur<sup>33</sup> amice. Nunc dormiendum est.»

«Dormiendum...»

Atque montes perpetuo nivium rigore<sup>34</sup> damnati dormiunt; dormiunt etiam lucida caeli convexa<sup>35</sup> super terras, ubi omnia gelu<sup>36</sup> obmutuerunt...<sup>37</sup>

Ex I. B. Turgeneffii<sup>38</sup> narratione Adalbertus.

<sup>21</sup> megfogy <sup>22</sup> dörög <sup>23</sup> sík <sup>24</sup> megfagyva <sup>25</sup> kivág  
<sup>26</sup> világosan észrevehető <sup>27</sup> távolabbi <sup>28</sup> hemzseg  
<sup>29</sup> rendben van <sup>30</sup> szemlél <sup>31</sup> dermed <sup>32</sup> túlsokat  
<sup>33</sup> cseveg <sup>34</sup> merevség <sup>35</sup> égboltozat <sup>36</sup> fagy <sup>37</sup> ob-  
mutesco elnémul <sup>38</sup> híres orosz író.




Ludovicus Vass lignarius<sup>1</sup> rationem<sup>2</sup> se excogitasse affirmat, qua conditio artis volandi<sup>3</sup> omnino novaretur. Inventor machinae suae indidit nomen aëromotivi, quo —

cum securitate perfectissima<sup>4</sup> — non solum homines, sed etiam onera in altum tollerentur. Quod potissimum<sup>5</sup> est, in aëre, ad libidinem,<sup>6</sup> se consistere<sup>7</sup> posse dicit. Evectio in altum<sup>8</sup> machinis aliis sine incursione<sup>9</sup> fieri nequit, cum aëromotivum Vassii e vestigio<sup>10</sup> subvolare possit. Periculum evectendi<sup>11</sup> hac machina peremptum<sup>12</sup> esse affirmatur. Si haec commoda<sup>13</sup> in aëromotivo Vassii re vera coniuncta sunt, civis noster optime de humano genere meritus<sup>14</sup> erit.

Valterus Archer in Californiae urbe Solid aërobaticum<sup>15</sup> fecit, quod motore electrico instruxit. Machina per filum aëneum<sup>16</sup> cum complexu<sup>17</sup> electrico coniuncta erat. Archer pulcherrime subvolavit in altitudinem ducentorum quinquaginta metrorum. Tum repente filo rupto<sup>18</sup> motor substitit<sup>19</sup> et machina unā cum aëronauta delapsa est, qui ilico animam efflavit.

<sup>1</sup> asztalos <sup>2</sup> mód <sup>3</sup> a repülés kérdése <sup>4</sup> teljes biztonság <sup>5</sup> fődolog <sup>6</sup> tetszés szerint <sup>7</sup> megáll <sup>8</sup> föl-szállás <sup>9</sup> nekifutamodás <sup>10</sup> helyből <sup>11</sup> fölbillen <sup>12</sup> lehetetlenné tesz <sup>13</sup> előny <sup>14</sup> nagy érdemeket szerez <sup>15</sup> léggömb <sup>16</sup> sodrony <sup>17</sup> telep <sup>18</sup> szakít <sup>19</sup> megáll.




### Vinum et alea.

Si vinum bibes,	Bibas, ut vivas,
Non diu vives.	Ne sis, ut bibas.
Hoc tibi dicit,	Si observabis, <sup>3</sup>
Qui vina vicit. <sup>1</sup>	Sic abundabis. <sup>4</sup>
Omni momento <sup>2</sup>	Habebis oves,
Huius memento.	Aurum et opes.

Lusum, aleas<sup>5</sup>  
Vide caveas,<sup>6</sup>  
Ut pecunias  
Tuas habeas.  
Alea, vina  
Sunt mala bina.

<sup>1</sup> vinco győz <sup>2</sup> perc <sup>3</sup> t. i. hanc legem <sup>4</sup> bővelkedik <sup>5</sup> kocka <sup>6</sup> kerül.




**Mesotorium** est nomen novissimi elementi,<sup>1</sup> quod Hahn Germanus invenit. Vis radians<sup>2</sup> mesotorii triplo maior est, quam radii. Inventio<sup>3</sup> nova eo maioris momenti<sup>4</sup> est, quod pretium unius grammatis radii circa trecentis millibus coronarum aestimatur, mesotorium autem minori pretio fabricari poterit.

Ramsay, doctissimus ille Britannus in urbe Limehouse novam radii fabricandi rationem excogitavit, qua intra mensem<sup>5</sup> gramma dimidium radii fieri posset.

Vidua Curie, reatrix instituti radiologici<sup>6</sup> Parisiani triginta radii milligrammata fabricare iussa est. Cuius quantitatis radiatio<sup>7</sup> publica mensura<sup>8</sup> radiantium futura est. Pusilla<sup>8</sup> haec mensura Parisiis asservabitur neque ullum radium venditabitur,<sup>9</sup> antequam Parisiis publice probatum<sup>10</sup> erit.

**Quomodo tibi barometrum fabricaveris.** Lagena<sup>11</sup> maximae corticem<sup>12</sup> inseris,<sup>13</sup> qui bifariam<sup>14</sup>



perforatur.<sup>15</sup> In perforatione ponuntur tubuli vitrei,<sup>16</sup> e quibus alterum (a) praeacutum<sup>17</sup> adeo conflamus,<sup>18</sup> ut vix aërem permittat, alter (b) directus<sup>19</sup> deorsumque flexus<sup>20</sup> est. In tubulum longiorem gutta olei<sup>21</sup> (b) immittitur<sup>22</sup> et barometrum — instructum<sup>23</sup> est. Si spiritus<sup>24</sup> exterior prementior<sup>25</sup> est, gutta<sup>21</sup> dextrorsum<sup>26</sup> movetur, sin minor est, pressus aëris<sup>24</sup> in lagena praevalet,<sup>27</sup> et gutta sinistrorsum<sup>28</sup> pellitur. Hoc barometrum tam mobile<sup>29</sup> est, ut maiorem aëris pressum indicet,<sup>30</sup> simulac lagena de mensa in pavimento<sup>31</sup> ponitur.

B. Donath.

Ecce septem tabellae:

I.

1. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 19. 21. 23.  
25. 27. 29. 31. 33. 35. 37. 39. 41. 43. 45. 47. 49.  
51. 53. 55. 57. 59. 61. 63. 65. 67. 69. 71. 73. 75.  
77. 79. 81. 83. 85. 87. 89. 91. 93. 95. 97. 99.

II.

2. 3. 6. 7. 10. 11. 14. 15. 18. 19. 22. 23.  
26. 27. 30. 31. 34. 35. 38. 39. 42. 43. 46. 47. 50.  
51. 54. 55. 58. 59. 62. 63. 66. 67. 70. 71. 73. 75.  
78. 79. 82. 83. 86. 87. 90. 91. 94. 95. 98. 99.

III.

4. 5. 6. 7. 12. 13. 14. 15. 20. 21. 22. 23.  
28. 29. 30. 31. 36. 37. 38. 39. 44. 45. 46. 47. 52.  
53. 54. 55. 60. 61. 62. 63. 68. 69. 70. 71. 77. 78.  
79. 84. 85. 86. 87. 92. 93. 94. 95. 100.

IV.

8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 24. 25. 26. 27.  
28. 29. 30. 31. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 56.  
57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 72. 73. 74. 75. 76. 77.  
78. 79. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95.

V.

16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.  
28. 29. 30. 31. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56.  
57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 80. 81. 82. 83. 84. 85.  
86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95.

VI.

32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.  
44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56.  
57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 96. 97. 98. 99. 100.

VII.

64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75.  
76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85.  
89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Cogita numerum! Dic mihi, quibus tabellis numerus contineatur et dicam tibi numerum. Cogitasti v. g.<sup>32</sup> numerum 19, qui con-

<sup>1</sup> elem <sup>2</sup> sugáró erö <sup>3</sup> találmány <sup>4</sup> fontosabb  
<sup>5</sup> egy hónapon belül <sup>6</sup> a radiológiai intézet igazgató-  
nője <sup>7</sup> mérték <sup>8</sup> csekélyke <sup>9</sup> forgalomba kerül  
<sup>10</sup> hitelesít <sup>11</sup> palack <sup>12</sup> parafadugó <sup>13</sup> dug <sup>14</sup> két-  
szeresen <sup>15</sup> keresztülfür <sup>16</sup> tubulus vitreus üvegeső  
<sup>17</sup> elől hegyes <sup>18</sup> beforraszt <sup>19</sup> egyenes <sup>20</sup> lefelé gör-  
bült <sup>21</sup> olajcsepp <sup>22</sup> becsepegtet <sup>23</sup> kész <sup>24</sup> légnyomás  
<sup>25</sup> súlyos <sup>26</sup> jobbfelé <sup>27</sup> erősebb <sup>28</sup> bal felé <sup>29</sup> érzé-  
keny <sup>30</sup> jelez <sup>31</sup> padló <sup>32</sup> v. g. = verbi gratia = pl.



tinetur tabellā primā, secundā et quintā. Ut numerum divinare<sup>33</sup> possim, addendi mihi sunt primi numeri harum tabellarum:  $1 + 2 + 16 = 19$ .

*Dr. E. S. F.*

**Rosing**, magister technologiae Petropolitānus<sup>34</sup> machinam electricam fabricavit, qua res remotissimae<sup>35</sup> cerni<sup>36</sup> possent. Quisque e domicilio<sup>37</sup> omnia observare potest: fabulam in scena<sup>38</sup> agi,<sup>39</sup> homines, in viis ambulare vel viatores in stationibus viae ferratae comere.<sup>40</sup> Sed praeter haec profunda<sup>41</sup> maris, agmina, castra munitionesque hostium speculāri<sup>42</sup> possumus. Dominus officinae<sup>43</sup> e tabulario<sup>44</sup> operarios suos custodit<sup>45</sup> hoc machinamento, cuius ope etiam loca navium fractarum definiuntur.<sup>46</sup> Rosing propediem<sup>47</sup> inventionem miram in societate mensorum<sup>48</sup> Petropolitana palam propositurus est.

<sup>33</sup> kitalál <sup>34</sup> pétervári <sup>35</sup> távoli <sup>36</sup> meglát <sup>37</sup> lakás  
<sup>38</sup> színdarab <sup>39</sup> játszik <sup>40</sup> közlekedik <sup>41</sup> mélység <sup>42</sup> ki-  
kémlel <sup>43</sup> gyártulajdonos <sup>44</sup> iroda <sup>45</sup> szemmel tart  
<sup>46</sup> megállapít <sup>47</sup> legközelebb <sup>48</sup> mérnök.

### Tres fures.<sup>1</sup>

Asinum et capram duxit ad mercatum<sup>2</sup> rusticus. In collo caprae tintinnabulum<sup>3</sup> pendit.

Tres fures simplicem rusticum conspexerunt.

Primus dixit;

— Ego surripiam<sup>4</sup> ei capram, neque rem sentiet.

— Alter fur dixit:

— Ego surripiam postea asinum.

— Non est magnum<sup>5</sup> — inquit tertius fur — sed ego furabor<sup>4</sup> omnia vestimenta.

Fur primus arrepsit<sup>6</sup> ad capram, de cuius collo tintinnabulum demit<sup>7</sup> et in caudam<sup>8</sup> asini alligavit,<sup>9</sup> capram autem abegit.<sup>10</sup>

In bivio<sup>11</sup> reflectit<sup>12</sup> oculos rusticus et capram quaerere incipit.

Nunc alter fur eum allocutus est, quid quaereret?

Rusticus acerbe<sup>13</sup> questus<sup>13</sup> est capram ablatam<sup>4</sup> esse.

— Capram vidi — dixit fur — nunc<sup>14</sup> ipsum<sup>14</sup> vidi. Ad silvam pepulit eam homo quidam. Si properas, assequi poteris.

Rusticus cucurrit pro capra ad silvam et asinum in tutela<sup>15</sup> furis reliquit, qui subito cum auritulo<sup>16</sup> aufugit.

Rusticus rediens vidit etiam asinum evolasse.

Tristi animo viam continuavit.

Ad lacum<sup>17</sup> perveniens hominem convenit, qui ibi sedens flevit. Rusticus interrogavit eum, quid mali accidisset.<sup>18</sup>

Noster respondit:

— Auri saccus<sup>19</sup> mihi commissus<sup>20</sup> est, ut in urbem ferrem. Gravis fuit. Defatigatus sum et hic residens obdormivi.<sup>21</sup> Dum dormivi, saccus in lacum cecidit.

Rusticus interrogavit hominem:

— Cur non quaeris aurum in lacu?

— Timeo aquam, nescio natare, sed viginti aureos<sup>22</sup> libenter dem ei, qui saccum lacu extrahat.

Oblectatus<sup>23</sup> rusticus ita cogitavit:

Deus bonus me adiuvari vult, et damnum meum reparatur.

Exiit<sup>24</sup> vestes et in lacum insiluit.<sup>25</sup> Sed saccum non invenit.

Cum ex aqua emersisset,<sup>26</sup> vestes iam ablatae erant.

Tertius fur eas furatus est. — Fide, sed cui, vide.

Ex narratione Leonis e comitibus *Tolstoi*  
*Iosephus Szendefi.*

<sup>1</sup> tolvaj <sup>2</sup> vásár <sup>3</sup> csengettyű <sup>4</sup> ellop <sup>5</sup> nagy  
dolog <sup>6</sup> arrepo odacsuszik <sup>7</sup> levesz <sup>8</sup> fark <sup>9</sup> oda-  
köt <sup>10</sup> elhajt <sup>11</sup> keresztút <sup>12</sup> hátrafordít <sup>13</sup> keser-  
vesen panaszkodik <sup>14</sup> ép imént <sup>15</sup> oltalom <sup>16</sup> füles  
<sup>17</sup> tó <sup>18</sup> történi <sup>19</sup> zsák <sup>20</sup> rábiz <sup>21</sup> elalszik  
<sup>22</sup> arany <sup>23</sup> megörül <sup>24</sup> levét <sup>25</sup> beugrik <sup>26</sup> kibuvik.

### Domus liberti<sup>1</sup> ditati.<sup>1</sup>


Cum amico meo ad coenam liberti divitissimi, Trimalchionis invitati sumus. Pervenimus ad ianuam,<sup>2</sup> in cuius poste<sup>3</sup> libellus<sup>4</sup> erat cum hac inscriptione fixus: «Quisquis servus sine dominico<sup>5</sup> iussu foras<sup>6</sup> exierit, accipiet plagas<sup>7</sup> centum».

In aditu autem ipso stabat ostiarius<sup>8</sup> prasinatus,<sup>9</sup> cerasino<sup>10</sup> succinctus<sup>11</sup> cingulo,<sup>12</sup> atque in lance<sup>13</sup> argentea pisum<sup>14</sup> purga-

<sup>1</sup> meggazdagodott szabados <sup>2</sup> ajtó <sup>3</sup> félfa <sup>4</sup> tábláska  
<sup>5</sup> úri <sup>6</sup> kifelé <sup>7</sup> verés <sup>8</sup> kapus <sup>9</sup> zöldruhás  
<sup>10</sup> cseresznyeszínű <sup>11</sup> övez <sup>12</sup> öv <sup>13</sup> tál <sup>14</sup> borsó

bat.<sup>15</sup> Super limen<sup>16</sup> autem cavea<sup>17</sup> pendebat aurea, in qua pica<sup>18</sup> varia<sup>19</sup> intrantes salutabat.

Ceterum ego dum omnia stupeo,<sup>20</sup> paene resupinatus<sup>21</sup> crura<sup>22</sup> mea fregi. Ad sinistram enim intrantibus non longe ab ostiarii cella canis ingens, catenā vinctus in pariete erat, pictus infraque quadratā litterā scriptum



«CAVE CANEM». Et collega meus quidem risit, ego autem collecto<sup>23</sup> spiritu<sup>23</sup> non destiti<sup>24</sup> totum parietem persequi.<sup>25</sup>

Erat autem venalicium<sup>26</sup> cum titulis<sup>27</sup> pictum et ipse Trimalchio capillatus<sup>28</sup> caduceum<sup>29</sup> tenebat Minervaque ducente Romam intrabat. Tum quemadmodum ratiocinari<sup>31</sup> didicisset, denique dispensator<sup>31</sup> factus esset, omnia diligenter curiosus<sup>32</sup> pictor cum inscriptione reddiderat. In deficiente<sup>33</sup> vero iam porticu<sup>33</sup> levatum<sup>34</sup> mento<sup>35</sup> in tribunal<sup>36</sup> excelsum<sup>36</sup> Mercurius rapiebat. Praesto<sup>37</sup> erat Fortuna cornu abundanti copiosa et tres Parcae aurea pensa<sup>38</sup> torquentes.<sup>38</sup>

Notavi<sup>39</sup> etiam in porticu gregem cursorum<sup>40</sup> cum magistro<sup>41</sup> se exercentem. Praeterea grande armarium<sup>42</sup> in angulo<sup>43</sup> vidi, in cuius aedicula<sup>44</sup> erant Lares argentei positi Venerisque signum<sup>45</sup> marmoreum et pyxis<sup>46</sup> aurea non pusilla,<sup>47</sup> in qua barbam domini divitissimi conditam<sup>48</sup> esse dicebant.

Interrogare ergo atriensem<sup>8</sup> coepi, quas in medio<sup>49</sup> picturas haberent. «Iliada et Odysseian» inquit «ac Laenatis gladiatorum munus.»<sup>50</sup> Non licebat multaciam<sup>51</sup> considerare.

Nos iam ad triclinium<sup>52</sup> perveneramus, in cuius parte prima procurator rationes<sup>53</sup> accipiebat.<sup>53</sup> Et quod praecipue miratus

sum, in postibus<sup>13</sup> triclinii fasces erant cum securibus fixi, infra<sup>54</sup> autem scriptum erat «G. Pompei Trimalchioni, seviro<sup>55</sup> Augustali Cinnamus dispensator».

Sub eodem titulo<sup>27</sup> et lucerna<sup>28</sup> bilychnis<sup>28</sup> de camera pendebat et duae tabulae in utroque poste defixae, quarum altera, si bene memini, hoc habebat inscriptum: «III.<sup>56</sup> et pridie<sup>56</sup> Calendas<sup>56</sup> Ianuarias<sup>56</sup> Gaius noster foras<sup>57</sup> coenat», altera<sup>58</sup> lunae cursum stellarumque septem imagines pictos; et qui dies boni<sup>59</sup> quique incommodi<sup>59</sup> essent, distinguente<sup>60</sup> bullā<sup>60</sup> — notabantur.

His repleti voluptatibus<sup>61</sup> cum conaremur in triclinium intrare, exclamavit unus ex pueris,<sup>62</sup> qui super hoc officium<sup>63</sup> erat positus: «dextro pede».<sup>64</sup> Sine dubio paulisper<sup>65</sup> trepidavimus,<sup>66</sup> ne contra praeceptum<sup>67</sup> aliquis nostrum limen<sup>68</sup> transiret.

Ceterum ut pariter<sup>69</sup> movimus dextros gressus,<sup>70</sup> servus nobis despoliatus<sup>71</sup> procubuit<sup>72</sup> ad pedes ac rogare coepit, ut se poenae eriperemus; nec magnum esse peccatum suum, propter quod periclitaretur;<sup>73</sup> subducta<sup>74</sup> enim sibi vestimenta dispensatoris in balneo, quae fuissent decem sestertiorum.<sup>75</sup> Rettulinus ergo dextros pedes dispensatoremque in atrio aureos numerantem deprecati<sup>76</sup> sumus, ut servo remitteret poenam. Superbus ille sustulit<sup>77</sup> vultum et «non tam iactura<sup>78</sup> me movet» inquit «quam negligentia nequissimi<sup>79</sup> servi. Vestimenta mea

15 tisztít 16 küszöb 17 kalitka 18 szarka 19 tarkaszínü 20 bámul 21 hanyat esik 22 comb 23 összeszedi magát 24 megszűnik 25 végig néz 26 rabszolgaszolgálat 27 fölrát, mely az eladásra szánt rabszolga nacionálóját tartalmazta 28 hosszúhajú (a római ember nyírta haját) 29 (hírnöki) pálca 30 számol 31 számvevő 32 gondos 33 a csarnok végén 34 föl-emel 35 állánál fogva 36 magas emelvény 37 kéznél 38 fonalakat fon 39 észrevesz 40 futó 41 mester 42 szekrény 43 sarok 44 fülke 45 szobor 46 doboz 47 kicsiny 48 elhelyez 49 a csarnok közepén 50 játék 51 hosszan 52 ebédülő 53 a számadásokat átveszi 54 (a fascies) alatt 55 a Hatos Bizottság (papi testület) 56 kétnyílású lámpa 56 dec. 30. és 31-én 57 kint, a házon kívül 58 t. i. tabula 59 szerencsés, szerencsétlen 60 külön gombbal 61 gyönyörűség 62 szolga 63 ez volt hivatala 64 t. i. kell kilépni 65 kissé 66 ijedez 67 parancs 68 küszöb 69 mindannyian 70 lépés 71 meglöp 72 leveti magát 73 hajba jut 74 ellop 75 egy sestertius HS = 21/2 as = körülbelül 20 fillér 76 kér 77 lollo föl-emel 78 kár 79 nequam, nequior, nequissimus haszontalan

cubitoria<sup>80</sup> perdidit, quae mihi natali meo cliens quidam donaverat. Tyria<sup>81</sup> sine dubio, sed iam semel lota.<sup>82</sup> Quid ergo est? <sup>83</sup> dono vobis eum».

Obligati tam grandi beneficio cum intrassemus triclinium, occurrit nobis ille idem servus, pro quo rogaveramus et stupentibus<sup>20</sup> spississima<sup>84</sup> basia<sup>85</sup> impegit<sup>86</sup> gratias agens humanitati nostrae. Ad<sup>87</sup> summam<sup>87</sup> «tandem scietis» ait «cui dederitis beneficium. Vinum dominicum<sup>88</sup> ministratoris<sup>89</sup> gratia est».

<sup>80</sup> ebédő <sup>81</sup> Tyrusban készült a drága bíbor <sup>82</sup> *lavo* mos <sup>83</sup> hát mit tegyek? <sup>84</sup> sűrű <sup>85</sup> *basium* csók <sup>86</sup> rányom <sup>87</sup> végre <sup>88</sup> úri <sup>89</sup> a felszolgáló.

### Natali Sancto.<sup>1</sup>

*Heu,<sup>2</sup> quid iaces stabulo  
Omnium<sup>3</sup> creator  
Vagiens<sup>4</sup> cunabulo<sup>5</sup>  
Mundi reparator<sup>6</sup>?  
Si rex,<sup>7</sup> ubi<sup>8</sup> purpura<sup>9</sup>  
Vel clientum murmura,<sup>10</sup>  
Ubi aula<sup>11</sup> regis?  
Hic omnis penuria,<sup>12</sup>  
Paupertatis curia,<sup>13</sup>  
Forma novae legis.<sup>14</sup>*

*«Istuc<sup>15</sup> amor generis<sup>16</sup>  
Me traxit humani,  
Quod se noxa<sup>17</sup> sceleris<sup>18</sup>  
Occidit profani.<sup>18</sup>  
His meis inopiis<sup>19</sup>  
Gratiarum<sup>20</sup> copiis<sup>20</sup>  
Te pergo<sup>21</sup> ditare,<sup>22</sup>  
Hocce natalicio<sup>23</sup>  
Vero sacrificio  
Te volens beare.»<sup>24</sup>*

<sup>1</sup> A keresztény himnusköltészet a IV. században kezdődik Hilarius- és Ambrosiusszal. Ez a költemény a XV. évszáz legvégéről való; költője *I. Mauburnus*. <sup>2</sup> megszólítja a gyermek Jézust <sup>3</sup> a mindenség <sup>4</sup> nyőszörög <sup>5</sup> bölcső <sup>6</sup> javító <sup>7</sup> *si rex t. i. est* <sup>8</sup> t. i. *est* <sup>9</sup> bíbor <sup>10</sup> zúgás, hang <sup>11</sup> udvar <sup>12</sup> inség <sup>13</sup> «otthona» <sup>14</sup> «szövetség» <sup>15</sup> ide <sup>16</sup> generis — humani <sup>17</sup> bűn, büntetés <sup>18</sup> istentelen véték <sup>19</sup> szegénységemmel <sup>20</sup> a kegyelem bőségével <sup>21</sup> folytat <sup>22</sup> gazdagít <sup>23</sup> születésnapommal, születésemmel <sup>24</sup> boldogít

*O, te laudum<sup>25</sup> millibus  
Laudo, laudo, laudo  
Tantis mirabilibus<sup>26</sup>  
Plaudo,<sup>27</sup> plaudo, plaudo.  
Gloria, sit gloria,  
Amanti memoria  
Domino in altis,  
Cui testimonia<sup>28</sup>  
Dantur et praeconia<sup>29</sup>  
Caelicis<sup>30</sup> a psaltis.<sup>31</sup>*

<sup>25</sup> *laus (d)* dicséret <sup>26</sup> csodás dolgok <sup>27</sup> tapsol <sup>28</sup> bizonyosság <sup>29</sup> *praeconium* dicsőítés <sup>30</sup> égi <sup>31</sup> zsolttáros.

### Robinson. XVI.

Latine scripsit Stephanus Probus Dr. Solnensis.

Cadavera<sup>1</sup> hostium humo conduntur. Quinti patet carnem humanam edere gestit.<sup>2</sup> Legati ad naufragos mittuntur. Spelunca nova detegitur.<sup>3</sup> Lama animam agens.<sup>4</sup> Falsus<sup>5</sup> Quinti timor.

Proximo die Robinson multo iam mane in locum hesternae pugnae eduxit subditos<sup>6</sup> suos: Hispanum et Quintum patremque huius, cui, cum die Iovis<sup>7</sup> esset servatus, Ioviano nomen datum est. Cum enim verendum<sup>8</sup> esset, ne qua pestis in insula ex cadaveribus ardore<sup>9</sup> solis putrefactis<sup>10</sup> oreretur, caesos hostes congeri<sup>11</sup> sepeliri que iussit.

Iussa rationi<sup>12</sup> maxime consentanea<sup>12</sup> omnes sedulo<sup>13</sup> exsequuntur; <sup>14</sup> solus Iovianus videbatur mirabundus caput quassare<sup>15</sup> vixque filii precibus retentus est, quominus carnem humanam degustaret.<sup>16</sup> Quintus enim filius frugi<sup>17</sup> semper a latere<sup>18</sup> patris stabat nullamque neglexit occasionem, quin prius patrem elementa<sup>19</sup> religionis Christianae edoceret atque mores inhumanos deponere cogeret.

Actis feralibus<sup>20</sup> Robinson in arcem cum suis revertitur ibique contione<sup>21</sup> habitā decretum fit, ut ad naufragos adducendos cum Hispano Iovianus quoque proficisceretur, qui<sup>22</sup> iter illud marinum compluries iam emensus<sup>23</sup> esset.

<sup>1</sup> holttest <sup>2</sup> vágjik <sup>3</sup> fölfedez <sup>4</sup> haldoklik <sup>5</sup> alaptalan <sup>6</sup> alattvaló <sup>7</sup> csütörtök <sup>8</sup> fél <sup>9</sup> hó <sup>10</sup> rothad <sup>11</sup> egybehord <sup>12</sup> észszerű <sup>13</sup> gondosan <sup>14</sup> teljesít <sup>15</sup> ráz <sup>16</sup> ízlel <sup>17</sup> derék <sup>18</sup> oldala mellett <sup>19</sup> elem <sup>20</sup> a halotti szertartást elvégzi <sup>21</sup> tanácskozás <sup>22</sup> mint aki <sup>23</sup> *emetior* kimér, bejár

Tum Robinson litteris mandavit<sup>24</sup> condiciones commigrationis<sup>25</sup> vetuitque quemquam, nisi iis nomen subscripsisset,<sup>26</sup> in insulam adduci. Dein ad Hispanum conversus: «Annuntia<sup>27</sup> — ait — verbis meis<sup>28</sup> salutem<sup>27</sup> popularibus<sup>29</sup> tuis, exponasque iis, dominum huius insulae omnia sua commoda<sup>30</sup> cum iis communicare<sup>31</sup> velle hac unā conditione,<sup>25</sup> ut pro vitā securā,<sup>32</sup> quam iis praestitero,<sup>33</sup> oboedientiam<sup>34</sup> imprimis<sup>35</sup> promittant mihi modestissimam.<sup>36</sup> Sic vos feliciter navigate incolumesque<sup>37</sup> Deo adiuvante quo prius revertimini».

His dictis secundum<sup>38</sup> nacti<sup>39</sup> ventum solvunt<sup>40</sup> scapham, quam Robinson et Quintus in litore stantes oculis votisque<sup>41</sup> prosequuntur, donec in aequore immenso in punctum nigellum<sup>42</sup> comminuta<sup>43</sup> amplius non apparuit.

Robinson socium discessu<sup>44</sup> patris nimium maerentem<sup>45</sup> et anxium venando oblectare<sup>46</sup> statuit. Quodam die cum saltus<sup>47</sup> vallesque peragrarent, fidissimus ubique comes, canis niger repente substitit<sup>48</sup> horrendumque in modum




latrare<sup>49</sup> coepit. Nostri circumspicientes ostium<sup>50</sup> speluncae sub radicibus<sup>51</sup> montis inveniunt. Quintus, ut<sup>52</sup> erat iuvenis intrepidus,<sup>53</sup> speluncam inspecturus<sup>54</sup> propius accedit et genibus submissis<sup>55</sup> irrepere<sup>56</sup> conatur.

At capite vix immisso<sup>57</sup> ingentem edit clamorem, corpus repente retrahit, demum ut vesanus<sup>58</sup> praiceps<sup>59</sup> aufugit totamque convallē<sup>60</sup> ululatu<sup>61</sup> replet.

Robinson obstupefactus<sup>62</sup> subsequitur socium, qui ubi<sup>63</sup> ex metu tandem se collegit,<sup>64</sup> horrendum intus<sup>65</sup> monstrum<sup>66</sup> esse affirmat. «Oculos — ait tremebundus — habet igneos, fauces<sup>67</sup> oraque tanta, quibus nos ambos simul devorare possit.»

At Robinson statim perspexit timorem hominis superstitiosi<sup>68</sup> prorsus<sup>69</sup> vanum esse. «Si enim — ita rem Quinto explanabat<sup>70</sup> — leo, tigris aut alia belua<sup>71</sup> intus esset, haud incolu-




mis<sup>72</sup> inde evasisse; ceterum decimus iam agitur annus, ex quo hanc insulam incolo, neque ullum usquam huiusmodi beluarum repperi vestigium,<sup>73</sup> atque id quod maximum est, ne una quidem ex lamis meis hucusque<sup>74</sup> disperiit.<sup>75</sup>

Itaque sclopeto completo<sup>76</sup> subiit antrum, ubi loco monstri horrendi timidam lamam conspexit animam agentem,<sup>4</sup> quae aetate confecta<sup>77</sup> illuc se<sup>78</sup> contulit,<sup>78</sup> ut naturae<sup>79</sup> cederet.<sup>79</sup> Tandem Robinsonis hortatu<sup>80</sup> Quintus quoque inserit<sup>57</sup> caput in speluncam. At simulatque lamam conspexit, vultus<sup>81</sup> eius timore pallidus<sup>81</sup> repente pudore<sup>82</sup> rubicundo<sup>82</sup> suffunditur<sup>83</sup> et domino promittit nunquam se in posterum<sup>84</sup> superstitionis fore.

Lamam interim exanimatam<sup>75</sup> extrahunt humoque condunt. Dein instrumentis allatis ostium speluncae subfrigidae<sup>85</sup> amplificat<sup>86</sup> aestivoque secessui,<sup>87</sup> dum legati redirent, accommodare parant.

24 írásba foglal 25 az egybeköltözés föltételei 26 írásban kötelezi magát 27 üdvözlől 28 nevében 29 földi 30 előny 31 megoszt 32 gondtalan, biztos 33 nyujt 34 engedelmesség 35 mindenek előtt 36 alázatos 37 sértetlen 38 kedvező 39 nanciscor kap 40 elindít 41 jókívánság 42 fekete 43 összezsugorodik 44 távozás 45 busul 46 szórakoztat 47 hágó, hegy 48 megáll 49 ugat 50 bejárat 51 tövében 52 már amilyen 53 bátor 54 megtekint 55 térdre ereszkedik 56 bemászik 57 bedug 58 bolond 59 hanyat-homlok 60 völgy 61 üvöltés 62 megijed 63 amint 64 összeszed 65 henn 66 szörny 67 torok 68 bahunás 69 teljesen 70 magyaráz 71 vadállat 72 épségben 73 a nyom 74 eddigelé 75 kimul 76 puskáját megtöltve 77 előregedve 78 vonul 79 a természet adóját lerója 80 bátorítására 81 sápadt arca 82 a szegény pírja 83 előnt 84 a jövőben 85 hűvös 86 tágít 87 tartózkodás.



**Vectores<sup>1</sup> Austriaci**, qui ante quattuordecim annos ad Mare Meridianum<sup>2</sup> explorandum<sup>3</sup> iter susceperant,<sup>4</sup> nunquam redierunt. Navis Albatros cum duodecim peregrinationis<sup>5</sup> sociis ultimum iuxta insulas Salomonias, quae vocantur, conspiciebatur. Nunc navis Australica, cui nomen est Seelandia, indicia<sup>6</sup> habere videtur, quibus vectores Austriaci ab anthropophagis<sup>7</sup> necati esse confirmarentur. In insula Tatuve ossa humana reperiabantur, de quibus indigenae<sup>8</sup> interrogati advenas<sup>9</sup> illos a hominibus feris necatos et devoratos<sup>10</sup> esse responderunt. Haec ossa vicinorum nostrorum reliquiae esse videntur.

**Adamantes<sup>11</sup>**, qui nomine Kulinan appellantur, Georgio, Britannorum rege iubente in ornamentis<sup>12</sup> coronae Britannicae collocati sunt. Iam rex Eduardus adamantum minorem coronae includi<sup>13</sup> iussit; nunc coronae includebatur etiam maior, quo pulchrior in nullius regni corona invenitur.

**Ludovicus Knaus**, Germanus pictor insignis alterum et octogesimum agens annum Berolini mortuus est. Artifex defunctus, qui picturas familiares minores<sup>14</sup> pingebat, ultra 30 annos magister in artium academiā Berolinensi erat. Nostrā vel maxime huius pictoris interest, quod Munkácsy noster eo utebatur magistro.

**Uxor Hunteri Workmann** doctoris, quae cum marito in cacumina<sup>15</sup> Emodorum<sup>16</sup> montium evaserat, Societate Geographorum Hungarica invitante Budapestini de itineribus suis verba fecit. Haec mulier sex aestates in Emodorum regionibus altissimis egit, et hebdomadibus<sup>17</sup> multis, locis<sup>18</sup> glacialibus<sup>18</sup> montium, in tentoriis<sup>19</sup> se tenebat. Praeter coniuges Workmannos solus dux Aprutianus<sup>20</sup> escendit haec cacumina 7100 metrorum alta. Dolendum est, quod mulier eruditissima, linguae nostrae inscia, in

recitando linguā Germanicā usa est, itaque non ab omnibus intellegebatur.

**Carolus Perrault** saeculo XII. in Gallia scriptor fabularum clarissimus fuit, qui ob haec merita membrum Academiae inscriptionum artiumque liberalium<sup>21</sup> creatus erat. «Fabulae matris meae» — *contes de ma mère* — est opus, quod usque ad hunc diem magni ducitur. Parisiis, ubi viri bene meriti magis aestimantur, quam ubique



gentium,<sup>22</sup> novissime statua poëtae in Hortis Tegulariis<sup>23</sup> revelata<sup>24</sup> est. Hæc statuā — ut videmus — numerus statuarum pulcherrimarum, quibus Parisii abundant,<sup>25</sup> augebatur.<sup>26</sup>

1 utas 2 déli 3 kikutat 4 útnak indul 5 utitárs  
6 bizonyíték 7 emberevő 8 bennszülött 9 jövevény  
10 lenyel, megesz 11 adamas gyémánt 12 ékszer 13 befoglal  
14 genre-kép 15 csúcs 16 Himalaya 17 hebdomas a hét  
18 jégmezők 19 sátor 20 Abruzzói 21 szabad művészetek  
22 bárhol a világon 23 Tuilerie-kert 24 leleplez 25 bővelkedik 26 szaporít

**E Gallia** nuntii adversi de inundatione<sup>27</sup> afferuntur. In occidentalibus<sup>28</sup> Galliae partibus, in Normannia meridionali, cuius sedes,<sup>29</sup> Caen aquā paene tota mergitur,<sup>30</sup> assidui sunt imbres. Machinae electricae non moventur, etiam in officinis typographicis<sup>31</sup> labor intermissus est.<sup>32</sup> Nannetibus<sup>33</sup> complures viae inundatae sunt, in fabricis non fiunt opera; in via ferrata electrica commeatus<sup>34</sup> relictus<sup>32</sup> est. In urbe Ondeville pars hominum in tecta confugere cogebatur.

**In Mari Caspio** nuper procellā<sup>35</sup> maximā viginti tres naves fractae,<sup>36</sup> trecenti et quatuordecim homines fluctibus hausti sunt.<sup>37</sup> Octo naves<sup>38</sup> oneraiae<sup>38</sup> in glacie inhaerebant.<sup>39</sup> Viginti vecturae<sup>40</sup> viae ferratae tempestate correptae nunc commeatum<sup>41</sup> occludunt.<sup>41</sup> Complures vecturae<sup>42</sup> hominibus<sup>42</sup> perferendis<sup>42</sup> multis diebus in stationibus morantur,<sup>43</sup> viatores autem esuriunt.<sup>44</sup> Plurimi Chirgisi<sup>45</sup> cum equis gelu<sup>46</sup> interierunt.<sup>46</sup> Incolae urbium frigoris magnitudinem 35 gradibus R° metiuntur.<sup>47</sup> Passim nix rubra delabatur.

**Adalbertus Danczer**, administrator IUVENTUTIS a rei publicae Gallicae summo rerum<sup>48</sup> scholasticarum<sup>48</sup> praefecto<sup>48</sup> allectus<sup>49</sup> Academiae nominatus est. Praeter eum etiam tres viri docti hoc titulo ornabantur, de quo administratori nostro gratulationem<sup>50</sup> optimam facimus.<sup>50</sup>

**Curatores**<sup>51</sup> imperii, Russici per deserta Issedonica<sup>52</sup> viam ferratam aedificaturi sunt, quā iter ex Europa in Sinam mille chiliometris praecidetur.<sup>53</sup> Si hoc opus perfectum erit, iter Budapestino in Sinam — spatium 9380 metrorum — novem diebus et dimidio confici poterit. Viae ferratae Russicae hac novā viā exaedificatā magnam utilitatem toti Europae afferent. Rete<sup>54</sup> Sibiricum, cuius via ferrata Issedonica pars futura est, 7000 chiliometrorum longius est.

27 árvíz 28 déli 29 székhely 30 borít 31 nyomda  
32 megszüntet 33 Nantes 34 forgalom 35 vihar 36 tör  
37 elmerül 38 teherszállító hajó 39 megakad 40 vonat  
41 a közlekedést elzárja 42 személyvonat 43 vesztegel  
44 éheznek 45 kirgiz 46 megfagy 47 mér 48 közoktatás-  
ügyi miniszter 49 officier de l'Académie Française  
50 szerencsét kíván 51 kormány 52 Góbi sivatag  
53 megrövidít 54 háló.



**Humbertus**, rex Italiae scholam rusticam<sup>1</sup> visitans<sup>2</sup> interrogavit unum discipulorum :

— Qui sunt viri clarissimi Italiae?

— Victor Emanuel, Garibaldi, Cavour... Magister susurrat<sup>3</sup> aliquid puero ali, qui digitos tollit.<sup>4</sup>

— Alium quoque nominabis, mi fili? — interrogat rex.

— Rex Humbertus.

— Quidnam memoratu<sup>5</sup> dignum rex Humbertus egit?

— Nescio, respondet puer tremens.<sup>6</sup>

— De hac re te consoles, mi fili, quia nec ego scio. *G. Totis.*

**Delectus militum**<sup>8</sup> habebatur. Adulescens quidam, qui noluit nomen dare,<sup>9</sup> se nihil videre simulavit.<sup>10</sup>

Medicus<sup>11</sup> in tabula numerum 35 scripsit et — Quid vides in tabula? — interrogat adolescentem nostrum.

— Numerum 3 video, at 5 non video, erat responsum. *F. Majer.*

**Centurio** (ad militem): Quid facit miles fortis, cum multitudinem hostium appropinquantem videt?

— Optat, ut diabolus<sup>12</sup> omnes auferat.

*G. Márton.*

**Pater** transitum<sup>13</sup> Iudaeorum per Mare Rubrum ita filio explicavit: Iudaei hieme, mane,<sup>14</sup> per mare congelatum<sup>15</sup> transierunt; Aegyptii autem transire voluerunt meridie, cum glacies solveretur; itaque fluctibus hausti<sup>16</sup> sunt.

— Mi pater, didici in geographia regione circuli aequinoctialis<sup>17</sup> frigus<sup>18</sup> non esse.

— Quid? putas tu eo tempore scivisse homines, quid esset geographia, quid circulus aequinoctialis? *O. Albrich.*

1 falusi 2 látogat 3 sűg 4 ujját emeli 5 említésre  
6 reszket 7 vigasztal 8 sorozás 9 nomen do katoná-  
nak áll 10 tettet 11 orvos 12 őrdűg 13 átkelés 14 kora  
reggel 15 befagyott 16 elmerűl 17 egyenlítű 18 hideg

**In universitate Oxoniana**<sup>19</sup> discipuli vino abstinere<sup>20</sup> iubebantur, imo non licuit vinum in domicilio tenere.

Semel discipulus quidam denuntiatus<sup>21</sup> est dolium<sup>22</sup> vini accepisse. Ad rectorem arcessitus<sup>23</sup>: Magnificentissime domine, inquit, vinum mihi a medico praeceptum<sup>24</sup> est.

Num credis — interrogat discipulum rector — vinum tibi prodesse?<sup>25</sup> Equidem puto maxime tibi nocere.<sup>26</sup>

Vires augentur<sup>27</sup> bibendo, vir doctissime. Ecce, dolium, cum mihi afferretur, vix duabus manibus movere potui, nunc iam facillime alterā manu tollere<sup>28</sup> possum.

*S. Szendefi.*

**Quot annos natus**<sup>29</sup> es, mi fili? — interrogat pupulum<sup>30</sup> dominus quidam.

— Domi sum septem annorum, sed cum in via ferrata proficiscimur, quartum ago<sup>31</sup> annum.

*F. Mantz.*

**Ego nunquam laboro** — dixit quidam medico — semper aegrotus sum.

— Multo propior vero sit, si ita dicas: Semper aegrotus sum, quia nunquam laboro.

*F. Mantz.*

**Ludovicus XIV.\*** olim cum nobile quodam aulae<sup>32</sup> regiae latrunculis<sup>33</sup> ludit, qua occasione inter ludentes dissensio<sup>34</sup> facta est. Cum haec res a ceteris nobilebus vehementissime agitaretur,<sup>35</sup> intrat Grammont comes.<sup>36</sup>

— Esto arbiter,<sup>37</sup> ait rex intranti.

— Sine dubio victus es, serenissime rex.

— Quomodo potes decernere,<sup>38</sup> priusquam causam noveris, decernere contra regem tuum?


— Non putaveris totam turbam<sup>39</sup> praesentem tibi assensam<sup>40</sup> fuisse, si res minime dubia esset?

*A. Grauang.*

**Medicus.** En habes medicinam, qua doloribus stomachi<sup>41</sup> medearis.<sup>42</sup> Si tibi profuerit, dicas mihi quoque, quia etiam ego e stomacho laboro.

*A. Gusieille.*

19 oxfordi 20 tartózkodik 21 följelent 22 hordó 23 hivat  
24 rendel 25 használ 26 árt 27 gyarapít 28 főlemel  
29 hány éves 30 fiucska 31 negyedikbe jár \* francia király (1643—1715) 32 udvar 33 sakk 34 nézeteltérés  
35 tárgyval 36 gróf 37 bíró 38 dönt 39 társaság 40 assentior igazat ad 41 gyomor 42 gyógyít.



I.

**Quattuor numeri**  $v + x + y + z = 45$ . —  
 $V + 2, x - 2, y \times 2, \frac{z}{2}$  inter se aequales sunt.  
Qui sunt quattuor numeri?

II.

**Rusticus** quidam Aquincum ivit, cum ei septem anus<sup>1</sup> obviam<sup>2</sup> venirent, quae septenas anates<sup>3</sup> tulerunt. Quot pedes igitur Aquincum iverunt?

III.

**Detur numerus**, ex cuius quarta parte si deducantur<sup>4</sup> 13 et residuum<sup>5</sup> quater multiplicetur,<sup>6</sup> proveniant<sup>7</sup> 48!

IV.

**Discipuli** in palaestra<sup>8</sup> in duas partes distribuuntur. Alterius partis discipuli 7 ordines<sup>9</sup> ex totidem<sup>10</sup> discipulis compositos efficiunt,<sup>11</sup> alterius partis discipuli 11, ex totidem discipulis compositos ordines efficiunt.

Quot sunt utriusque partis discipuli?

V.

*E. S. Fr.*

*J. Szűnyog.*

|    |   |   |   |   |   |   |
|----|---|---|---|---|---|---|
| m  | i | r |   | l | a | i |
| e  |   | a | i | x |   | i |
| Qu | t | f |   | s | l | u |
|    |   |   | u | s |   |   |
| s  | l | i |   | m | s | e |
| b  |   | d | p | t |   | p |
| o  | u | e |   | o | m | t |

1 anus, -us öregasszony 2 szembe 3 anas (-l) kacsá 4 kivon 5 maradék 6 sokszoroz 7 lesz 8 tornacsarnok 9 sor 10 ugyanannyi 11 alkot

VI.

|   |   |   |   |   |   |   |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | C | C | C | C | S | S |
| 2 | S | S | S | S | S | A |
| 3 | A | A | A | A | L | V |
| 4 | I | I | I | I | I | I |
| 5 | P | P | N | N | E | E |
| 6 | T | T | O | B | R | R |

Hae litterae ita distribuimus, ut sex vocabula efficiantur, quorum primum significat instrumentum, quo ianua<sup>12</sup> aperitur, secundum est animal mutum,<sup>13</sup> tertium


potio<sup>14</sup> deorum, quartum, qui non adest, quintum est carmen, sextum dux clarissimus Romanorum. Horum vocabulorum litterae in<sup>15</sup> certum ordinem<sup>15</sup> redactae<sup>15</sup> clarissimum oratorem significant. *L. Kármán.*

VII.



<sup>12</sup> ajtó <sup>13</sup> néma <sup>14</sup> ital <sup>15</sup> elrendez.

Solutiones aenigmatum numeri 6.



II. Primum transeunt duo domini et alter redit, deinde transeunt duo servi et alter redit, qui transfert tertium servum; iterum revertitur, ut transvehat secundum dominum; dominus denuo redit, postremo traiciunt duo ultimi domini.

III. Amicus meus in Asiam profectus est, unde mihi litteras misit, quibus me certiolem fecit se bene valere.

— Cur non venisti in scholam? interrogavit magister discipulum.

Ex capite laboravi, ob eam causam a matre domi retentus sum.

IV. Vetus vir vallis  
ebrius infans invenit  
nullus difficilis claudit  
intra ignobilis iustus


Veni, vidi, vici.

V. Roma locuta, causa finita. VI. 5 et 7. Aenigmatum numeri 5. solutionem tarde

(post VI. Cal. Dec.) miserunt: O. Albrich, Discipuli cl. VII. r. Szegedini, Fratres Exner, Aug. Fejes, Z. Hajós, Eug. Holbach, L. Horváth, C. Potoczky, G. Precup, I. Szendefi, Georgina Wolf, I. Zárug.

Aenigmata numeri sexti recte dissolverunt: O. Albrich, F. Dalnoki, L. Exner, I. Gibás, A. Gusieille, I. Gyurovics, D. Jung, L. Kármán, A. Lukács, A. Manovill, M. Masirevits, C. Muraközy et Száiber, L. Poić, Tr. Popu, Eug. Rákosi minor, Au. Senchea, N. Soneriu, I. Sorger, I. Szendefi, R. Székács, F. Unkelhäusser, G. Vavrincz, S. Wargha, P. Winkler, L. Zoufaly, Eug. Rátz.

Praemium Sebastiano Wargha Debrecini adiudicatum est.



Der lustige Lateiner est libellus, qui Francofurti a/M. in aedibus H. Lüstenöder 70 nummis prostat. Amici iocorum Latinorum, in quibus praecipue germanice loquentes multum hilaritatis ex libello haurient. — Szembe a Nappal inscribitur volumen suaviu poematum Hungaricorum, quae A. Sik scripsit. Amici Musarum honestarum cum voluptate legent libellum, qui sumptibus ephemeridis ÉLÉT in lucem editus est et apud quoslibet bibliopolas tribus coronis prostat. — Aug. Horay. Tarde tua misisti. Pro Salsis alia mittas. — Z. Hajós. Ovem delineare debebas totumque aenigma ita, ut prelo tradi possit. — O. Albrich. Aenigmatibus tuis melius est Salse dictum. — L. Weiszbürg. Mendose scribis, mi fili. Qui IUVENTUTEM opusculis ephemeridis augere vult, scire debet litteris Latinis illam z deesse! — A. Roll. Quod tu misisti, e libris scholasticis notissimum est. Non dubito, quin tu meliora sis missurus. — I. P. dr. Gratias pro emendatione. Illud verbum publicum ita scribitur: «Incidit in Scyllam, qui vult vitare (non evitare) Charybdim». Alia tria, quae nos admones, recte se habere videntur. — N. Soneriu et F. Holló. Fieri potest, ut aliquid e vestris eligam. — I. G. Agria. Notissima sunt. — A. M. Keszthely. Proverbium non liquet. — Jean Duvernier Parisiis. Maxime gaudebo, si vos quoque opuscula Latina miseritis. Nihil ad rem, si menda occurrent. Corrigentur. — I. Szendefi. Edetur. — Erica Haas. Tot aenigmata dissolvit, quot dissolvere vales. Non omnia sunt solvenda. Tuorum non misisti explicationem. — Tigellius. Recte: iucundus (= iuvicundus a iuvando). Illud alterum, oratione soluta perscriptum magis probatur. Ceterum carmina quoque communicantur, ut vides. — Franciscus D. Anagramma et aenigmata tua difficillima sunt, quamquam pulchra. «Qui ca-pit» etc. non est aenigma et praeterea notissimum. — De reliquis proxime.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.